Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift



64

remota contradictione sue potestati tradidit. Alteriusq; autem pagi qui uolgariter nominatur in quo predictus locus situs est. partem eidem regi concessit quem ab babenbergensi usque ad flumen traha. de traha intra tenham flumen. et sic iuxta decursum eiusdem fluminis in moin. et inde ad riuulum wirhurthac. de inde ad caput eiusdem riuuli. sicque quantissime ac prime pueniri potest ad traha. Et ut hec tradicio firma et inconuulsa permanet. ipse predictus presul henricus cum canonicis suis corroborauit. et subscripsit. Qua subscriptione telecta. cum iuxta uotum omnium. et semper iustis opibus fauorem debemus. et nos predictum uenerabile locum aplica auctoritate uellemus corroborare ipse pnominatum eiusdem loci episcopus hartwicus prelaudatione sua fecit. quia locus suus a clericis ad alberonis wirhiburgensis episcopi temeraria presumptione in uasallos esset. Quod nos qa utique episcopi presentes aderant. inter quos causa stabat. ibidem uolentes discutere. ad alberoni episcopo. a quo iniuria illata erat. deliberationem fecimus. ut obiectionem hanc si posset refellere. si non iustitie satisfaceret. Tunc ille inuito cum suis omnibus qui aderant clericis et laicis consilio. regrediens ad ambonem de illata iniuria se cum satisfactione excusauit. et de omnibus que ad bannum et equalem iustitiam et potestatem babenbergensis ecclesie episcopi pertinerent. exiuit et dimittens renunciauit. exceptis his tantis. quas de bonis utiusque episcopii ipsi inter se episcopi possent legaliter definire. Verum nos sicut semper de profectu gaudemus fidelium et iustis opibus debemus augmentum. eundem babenbergensem locum ab antecessoribus nostris corroboratum. aplica auctoritate uiua uoce corroborauimus. et eandem corroboracionem nunc etiam litteris signamus. ut eundem locum et omnia q ibidem deo sancto petro a felicis memorie henrico secundo rege. et primo imperatore tradita sunt. et que in posterum iuste adquiri possunt. uel iuste adquisita sunt predia. mancipia. aurum argentum. pallia. uasa ornamenta uel alia utensilia. nemo audeat impetere surripere. auferre aut commutare. nisi ad utilitatem eiusdem ecclesie. sed episcopus eiusdem ~~ecclesie~~ loci. quamdiu ipse uiuit. eidem fuerit successores. securi ea tranquillitate possideant. ac libum habeant potestatem omnes res et pecunias eidem loci ordinare atque componere. et etiam augmentare. dissipare uero atque confundere nullam habeant potestatem aut dominacionem. Insuper pnam auctoritate sanctum. ut in terminis eiusdem ecclesie nulla sit infestacio tirannorum. uel aliorum quolibet hominum prauorum. siue sit in ciuitate ipsa babenbergensi. siue in castellis. uillis. seruis. ancillis. tributarius decimis. forestis. siluis. uenationibus. piscationibus. molendinis. campis. pratis. pascuis. agris. cultis et incultis. aut quicquid modo illuc pertinet. aut in futurum iuste adquiri poterit. per hanc aplice auctoritatis priuilegium corroboratum. in securitate permaneat quiete. Nullus ibi comes aut iudex placitum seu districtionem aliquam facere. et tenere audeat. nisi quem